

RETRACTVM LEGALEM
IN
LOCATIONE LOCVM
NON HABERE

1744

15/17

PRAESIDE

ANDREA FLORENTE RIVINO D
POTENTISSIMO POLONIARVM REGI ET PRIN
CIPRI ELECTORI SAXONI A CONSIGLIIS AVLAE
INSTITUTIONVM PROFESSORE PUBLICO CVRIAЕ
PROVINCIALIS ET SCABINATVS ASSESSORE ITEMQUE
ORDINIS IVRIDICI VITEMBERGENSIS

H. T. DECANO

PRO GRADV DOCTORIS

CAPESSENDO

D. APRIL. CIO IO CC XLIV

PUBLICE DISSERET

AVCTOR

MAGNVS GOTHOFREDVS LICHTWER
WVRGENENSIS

VITEMBERGAE

FRELO EPHRAIM GOTTLÖB EICHSFELDI
ACADEMIAE A TYPIS

WILHELMUS
LOGICUS
OMNIS MATERIA
S. OMNIS ALIUS LOGICUS
OMNIS LOGICUS
HABET
ALIAS LOGICAS
S. OMNIS LOGICUS
OMNIS LOGICUS
HABET
ALIAS LOGICAS
S. OMNIS LOGICUS
OMNIS LOGICUS
HABET
ALIAS LOGICAS
S. OMNIS LOGICUS
OMNIS LOGICUS
HABET
ALIAS LOGICAS

**VIR O
ILLVSTRI AMPLISSIMO
ATQVE
EXCELLENTISSIMO
CHRISTIANO ALBINO
Z A H N
POTENTISSIMI POLONIARVM REGIS
ET PRINCIPIS ELECTORIS SAXONIS
IN EPISCOPATV MISNICO
CANCELLARIO**

**TVTORI SVO
OLIM VIGILANTISSIMO**

IAM PATRONO SVMME DEVENERANDO

**perem citatq ipe secundum Tavor am fumem
ni**

VIR
ILLVSTRIS ET EXCELLEN
TISSIME TISSIMI
EXCELSITISSIMO
CHRISTIANO ANB
S A N
POTENTISSIMI LORONIUM RUM
ET PRINCIPIS ELETONIS SATORIS
IN PISCATORIA MARIICODA AT
CANCERIFARIO DUSCI HON
TUTORI SV
R ationem consilii mei, quare hanc differ
tationem Illustri Nomini two inscri
berem, etiam si ipse tacerem, TVOR VM tamen
in

in me meritorum conscientia TIBI reddidif-
set. Sunt ea tanta ac tam singularia, vt ingra-
tissimae mentis vitio me contaminarem, nisi
hac peropportune oblata occasione vterer,
obsequium et obseruantiam in TE meam de-
clarandi. Fateor enim et profitebor, dum
vita suppetet, TE mihi a tenera aetate Paren-
tis numero fuisse, et quum in me adolescen-
te literarum amorem accendisses, ita postea
confilio, praeceptis, opera me adiuuisse, vt
nullum fere diem annus habeat, quem non
aliquod TVVM beneficium signauerit. Haec
et maiora me impulerunt, vt hoc primum
specimen qualiscunque industriae meae TIBI
VIR ILLVSTRIS consecrarem, quem meum
conatum comiter, vt soles excipias, etiam at-
que

que etiam rogo. Ego vero pro incolumente
TVA GENTISQUE ILLVSTRIS TVAE vota
facere non desistam, omnem in eo collocatus
rus operam, ut in posterum appellari me
rear

**VIR ILLVSTRIS ET EXCELLEN
TISSIME**

ILL VSTRIS NOMINIS TVI

OBSERVANTSSIMVS CLIENS

MAGNVS GOTHFREDVS LICHTWER.

C O N S P E C T U S

- I. Dominus interdum res suas iure non alienat. *Verus sensus l. vn. C. Non licere habit. traditur.*
- II. Origo retractus conuentionalis, testamentarii,
- III. Et legalis. Noua ratione illustrata l.14. C. de contrab. emt.
- IV. L.14. C. de contrab. emt. moribus antiquis. Retractus et προτιμήσεως iuris discriminis.
- V. Vis arque natura iuris προτιμήσεως et retractus conuentionalis et testamentarii.
- VI. Retractus legalis ubi locum habeat? An in locatione?
- VII. Rationes sententiae negantis I. quia locatio non est alienatio.
II. quia retractus est ius singulare.
- VIII. III. Quia in locatione personarum ratio habetur.
- IX. Dissidentium argumenta recensentur,
- X. Discutuntur: praesertim eorum, qui locationem alienacionem esse autumant.
- XI. Leges obstantes explanantur.
- XII. Retractum locum non habere in locatione ad longum tempus, vel in perpetuum, probatur. Baldi et Corasii obiectiones referuntur.
- XIII. Confutantur. Differt haec locatio ab emphyteusi.
- XIV. Bona locata retractui non subsunt. Coniectura de constitutione Friderici I.
- XV. Nemo eorum, qui retractum in venditione habent, in locatione eundem exercere potest. Non domini emphyteusos.
- XVI. Nec domini directi, nisi sit locatio fraudulenta.

- XVII. Nec proprietatis domini. Exceptio in lege antiqua Ger-
manorum occurrit.
- XVIII. Nec domini iurisdictiones. Exceptio est in operis ru-
sticorum conducendis.
- XIX. Nec agnati et simultanei inuestiti. Exceptio est, si locans
simil feudum oppignovat.
- XX. Nec propinquii.
- XXI. Berlichius confutatur. Differentia inter venditionem
cum pacto retrouenditionis ad tempus, et locationem sta-
bilitur.
- XXII. Nec Socii. Dubia remouentur.
- XXIII. Ex argumento aduersariorum de dominio Socii, nostra
sententia firmatur.
- XXIV. Respondetur Strykii obiectionibus. Leges obstantes dilu-
untur.
- XXV. Paullo lux data in l. 2. §. 5. D. de aq. et aq. pluu. arc.
- XXVI. Occurritur reliquis Strykii argumentis.
- XXVII. Nec ob iuris duplicationem Socius ius περιμήστως poterit
execcere in locatione. Veteri conductori extraneo con-
tra Socium non semper prodest ius περιμήστως ex pacto.
- XXVIII. Nec vicini iure congrui in locatione utuntur. Con-
traria est praxis, sed ob metum incendii.
- XXIX. Nec conductores. Exceptio iuris Romani in conducro-
ribus praediorum publicorum. Ratio huius privilegii.
An apud nos valeat?
- XXX. Nec debitores, si post immisionem a creditoribus bona
locantur.

RETRA



RETRACTVM LEGALEM
IN LOCATIONINE NON HABERE
LOCVM

I

Libertatis naturalis prima lex est, ut cuique de re sua, quid velit, faciendi, omittendiue plena ac liberrima sit potestas. Haec autem apud Romanos maxime cernitur in iure res suas alienandi, ac bonorum suorum proprietatem in quoscunque libitum est, transferendi. Quiritibus certe hac in re fere omnia licuisse, nisi, vel lex, vel conuentio, vel voluntas testatoris obstiterit, ^(a) nemo ibit inficias. Nonnunquam tamen dominos res suas iure non alienasse, quod inter *ἀνατα παράδοξα* refert THEOPHILVS ^(b), exempla docent

A 3 pupill-

(a) *I. vlt. C. de reb. alien. non alien. l. 21. C. mandat.* (b) *ad tit. I. quib. alien. licet vel non licet.*

pupillorum, maritorum respectu dotis, debitorum, qui creditoribus struunt fallacias, et ut alios iam taceam, habitatorum metrocomiae, qui tantum ad alios habitatores eidem adscriptos metrocomiae non ad extraneos transferre loca sua poterant^(c). Quocirca haut alienum erit, monere, frustra hic a nonnullis ius quoddam προτιμήσεως et retractus quaeri. Nam dicta lex vñica non praeferriri vult habitatores metrocomiae extraneis, sed extraneos ab emtione omnino arceri, et factam in eos translationem, ipso iure nullam esse iubet. Porro testamento ac pacto, ne dominus rem suam alienet, efficere posse, ex l. ult. C. de reb. alien. non alien. et l. 7. §. ult. D. diff. pign. fatis constat. Quamvis enim POMPONIVS lib. IX. ad Sabinum in l. 61. D. de pact. statuat, neminem paciscendo efficere posse, ne vicino inuitio praedium alienet, haec tamen lex, vel cum ANTONIO FABRO^(d) de eo casu, si paciscentis non intersit^(e), vel cum IOANNE NICOLAO HERTIO^(f) de nudo pacto accipi debet^(g).

II

Quanquam autem iure communi nemo possit adigi, vt cum eo potius, quam cum alio paciscatur, aut contrahat^(h), infringit tamen hanc libertatem ius προτιμήσεως, certos homines in contrahendo anteponens reliquis, quod illo consilio receptum est, ne bona extra familiam egrediantur,

tur,

(c) l. vn. C. Non licere habit. (d) in Rarior. ad dict. l. (e) a. l. 15. D. de Servit. et l. 38. §. 17. D. de V. O. (f) in diff. de pacto, ne dominus rem suam alienet, §. 2. (g) a. l. u. D. de relig. et Sumt. fun. (h) arg. l. 30. in fin. C. de pact. l. 25. §. 1. D. Solut. matr.

tur, ⁽ⁱ⁾ aut, vt ad eum veniant, quem aequius est illa possidere, quam extraneum ^(k). Praesertim enim Romanis curae cordique erat, vt auitae ac paternae domus tanquam

decora alta parentum

penes familiam manerent, quod ipsis lugubre videbatur, vendi domum, in qua defecit pater, minorque creuit, vt **CONSTANTIVS** Imperator ⁽¹⁾ loquitur. Quam ob causam, nominis gentilitii conseruandi studio, ne bona ac possessiones e gente exirent, aut, vt ad eam redire possent, tam testamentis et fideicommissis ^(m), quam pactis ⁽ⁿ⁾ Romani sibi prospiciebant. Hinc quoque enata est conditio illa, in legibus saepius obvia, ne fundus de nomine familiae meae exeat. Ita in *I. 38. §. 1. D. de leg. 3.* dicitur: Fundum Cornelianum de nomine meorum exire veto. *§. 2. eod.* Veto autem, aedificium de nomine meo exire, et *§. 3. eod.* Ut fundus Titianus de nomine vestro nunquam exeat ^(o), et hoc etiam pertinent inscriptiones apud **GRVTERVM** ^(p). Saepius autem testantes ac pacientes facultatem alienandi quidem dominis permittebant, iisdem tamen quosdam praerogatiuos fistebant emtores, quibus fundus ante ex-

trane-

(i) arg. *I. 35. D. de minor.* (k) arg. *I. 16. D. de reb. auct. iud. poss.* (l) in *I. 22. J. Nec vero domum C. de admin. tut. et ad b. I. FER. ADDVENS. I. 2. Explic. p. 573. in thesauro Iur. Ottone. T. II.* (m) *I. 69. J. 3. I. 76. §. 5. I. 88. §. 15. D. de leg. 2. I. 38. §. 4. D. de leg. 3.* (n) *I. 75. D. de contrab. emt. I. 21. §. 5. D. de act. emt.* (o) Conf. Consultiss. TROTZ. de memoria propag. *I. I. C. III. §. 2. p. 142.* (p) pag. 307. n. 7. et p. 755. n. 1.

traneum emendus offerretur, ut est in *l. 122. §. 3. D. d. V.O.*
 Hisce igitur pactis ac testamentis nascebatur ius quoddam
~~περιουσίας~~, vi cuius is, qui hoc gaudebat, si tantum, quantum
 aliis, soluere paratus esset, cuius extraneo emtori
 anteibat^(q).

III

Comprobarunt illud leges, et partim conseruandi nomi-
 nis studio, partim aliis ex causis ius simile certis in ca-
 sibus et certis personis dederunt. Digna notatu est *l. 35. D. de minor.* qua minor adiectione pretii et licitatione vi-
 c tus restituitur in integrum, si eius interesse, emtam ab
 eo rem fuisse, approbetur: veluti quod maiorum eius fu-
 isset, ita tamen, ut id, quod ex licitatione accessit, ipse offe-
 rat venditori. De emtorum priuilegio euoluvi potest *l. 8. D. de add. in diem.* Cognatis etiam ac confortibus olim da-
 tum erat, ut extraneos ab emtione remouerent. Postea
 tamen hoc retractus ius constitutione Imperatorum plane
 fuit immutatum, neque vlla cognatis et confortibus prae-
 extraneis relicta praerogativa, dum in *l. 14. C. de contrah. emt.* grauis iniuria visa est Imperatoribus, ut homines de
 rebus suis facere aliquid cogantur inuiti. Quo vero tem-
 pore retractus ille, ratione sanguinis gentilitius, cuius nul-
 la usquam vestigia in iure legi audacter asserit **V.L.R. H V**
B E R V S^(r), inualuerit, inter eruditos non constat. Elegans
 equidem est coniectura Viri Magni, **IACOBI GOTHOFRE**

DI,

(q) *l. 75. D. de contr. emt.* (r) *in Praelect. ad tit. D. de ref. vend. Cap. de iure retractus, n. 14.*

DI, qui ad l. 6. C. *Theodos. de contrah. emit.* suspicatur, reii-ciendum illum esse ad CONSTANTINI M. aeratem, et sub eo quandam fuisse latam legem, qua cognati potuerint extraneos ab emtione amouere, nixus praesertim et SYMMA CHI epifola^(s), et l. 3. C. *de commun. rer. alien.* quae est Diocletiani. Sed ius quoddam προτιμήσεως necessariis personis iam ANTONINI et VERI temporibus concessum fuisse, maiori verisimilitudine ex l. 60. D. *de Pact.* asseueramus. Namque PAPIRIVS IVSTVS, qui scripsit *Constitutionum libros XX.* in quibus ANTONINI et VERI Imp. Constitutiones eum collegisse credibile est, ^(t) eiusmodi ANTONINI rescriptum, AVIDIO CASSIO datum, nobis conseruavit. Fi-sco praeterea praelatio in metallis emendis relicta, l. 1. C. *de metall. et Met.* et Emphyteuseos domino, l. 3. C. *de iure emphyt.* menses concessi sunt duo, intra quos iisdem conditio-nibus, quas alias offert, emere ab emphyteuta ius emphyteuseos potest.

IV

A l. 14. C. *de contr. emit.* dispositione recesserunt mores Longobardorum, qui agnatis ius προτιμήσεως ac retrac-tus dant piae extraneo emtore feudi ^(u), quod benefici-um ^(x) FRIDRICI Imp. constitutione ad socios vicinosque prolatum est. Immo passim quoque mores institutaque singularum Germaniae ciuitatum proxima propinquitate

B

con-

(s) CXVII. lib. IX. (t) Vid. CORN. VAN ECK in tit. D. de O. I. §. 31. (u) Feud. 2. tit. 3. §. Sed etiam et tit. g. §. 1.
(x) Feud. V. C. XIII.

coniunctis, sociis vicinisque ius simile προτιμήσεως ac retractus concederunt, quorum illud in alienando fundo aucto, communi, vicinoue, extraneis eos anteponit emtoribus: hoc autem, si alienatus fundus est, ipsis intra certum tempus recuperandi eius tribuit potestatem, modo utroque casu tantundem soluere parati sint, ac extranei. Ius retractus enim, si accurate loqui velimus, pro effectu iuris προτιμήσεως habetur, et licet haut dissimulem, haec vocabula vsu forensi non satis accurate discerni, re ipsa tamen maximopere differunt. Ius προτιμήσεως ad futuram alienationem impediendam spectat, retractus autem consummatam alienationem respicit. Sic, cui competit der Närerkauf, ex lege, vel statuto, ille non tantum ius habet impediendi nouum emtorem, sed etiam, si res ipso inscio distracta, ius illam retrahendi intra annum et diem habet. (y)

V

Ab his fontibus, qui partim in iure Romano, partim in confuetudinibus Germanicarum nationum quaerendi sunt, ius illud manauit προτιμήσεως, datum nonnullis hac lege, ut in quibusdam contractibus, si conditiones ab extraeno oblatas praestiterint, huic preferantur. Perspicuum autem est ex iis, quae supra diximus, tripartitum hoc ius esse, atque aliud ex testamento, aliud ex pacto, aliud ex lege profici sci. Quod attinet ad retractum conuentionali, illud addere liceat, post resignationem dominii et traditionem iudicialei ei locum non esse, nisi vel hypotheca munis.

(y) 2. F. 26. §. Titius Dec. Elect. XI. et Constit. XXXII. P. II.

munitus fuerit, vel emtoris fraus subsit^(z), vel in subhastatione adiudicatio nondum facta sit: ^(a) alias namque ad id tantum, quod interest, erit agendum. Secus res se habet, si hoc ius ex lege, vel testamento competit. Valde enim errat CARPZOViS^(b), quod ne iuri quidem προτιμήσεως ex testamento nato, vim tribuat maiorem, cum tamen contra testatoris voluntatem facta alienatio nullius plane momenti sit^(c), ac praeterea l. 1. C. commun. de leg. actionem praebeat legatario hypothecariam^(d). Quodsi ex iure statutario, vel provinciali ius προτιμήσεως ac retractus, sic dictum Nähergeltungs-Recht, profluit, hoc, modo tempus zum Einstande, lege definitum, non sit praeterlapsum, licet resignatio dominii fundi venditi sit facta, et confirmatio iudicialis secuta, adhuc tamen potest vrgeri, quod confirmatione iudicialis nihil noui dat, nec actuū inualidum firmat^(e), vti respondit *Facultas Iur. Vitemb. Mens. Oct. 1743.* Quocunque igitur modo, pacto, testamentoue ius cuidam προτιμήσεως constitutum sit, eo valere illud debere, non est, cur dubitemus, adeo, vt hoc ius in dubio quoque ad heredes transeat,^(f) dum non minus hisce quam no-

B 2

bis

(z) CARPZOV. *Iurisp. for. P.II. C.XXXII. D. XXI.* WERNHER P.I. *Obs. CXXXI. et P.II. Obs. CCCCXXV.* (a) Sic enim accipio WERNHER. *Obs. CCLXXXVI. P. VI.* vid. HORN. *Cl. XIII. resp. VII. n. 2.* (b) *def. IX. l. c.* (c) *ob. I. 69. f. 3. D. de leg. 2.* (d) *Conf. Illustr. A LEYSER in Medit. Spec. CXCVII. p. 497. in Coroll.* (e) *c. 1. X. de confirm. c. 6. porro de fid. inst. Vid. HORN. Claff. IX. Resp. 201. 550. ac Ordinar. Gotb. P.II C.II. T. XIV.* (f) *l. 40. pr. D. de pacr. l. 13. C. de contr. stipul. l. 10. C. de loc.*

bis ipsis cauisse praesumimur^(g), et extraneis possit cedi.^(h)

VI

Nec tamen in emtione solum constitui poterit ejusmodi retractus, verum etiam in aliis contractibus, praesertim in locatione conductione⁽ⁱ⁾. Arctioribus circumscriptus limitibus est retractus, quem ex lege nonnullis dari, diximus. Hic in alienatione, quae pretio fit, maxime in venditione obtinet. Quanquam et aliae alienationes, aestimatione quae fiunt, a ICtis, vt, si quid in solutum, vel res aestimata in dotem data sit, non male hic referuntur^(k): Praecipuam vero eius sedem in venditione esse, non solum ex casibus, quibus ius Romanum et Canonicum^(l) illum permittit; sed etiam ex Feudali iure et Saxonico constat^(m). Et inde quoque apparet, ius retractus locum non habere in donatione, neque in permutatione,⁽ⁿ⁾ neque in transactio-^(o)ne. In locatione conductione autem, an locus sit iuri περιτημήσεως ac retractui legali, in vtramque partem disputatur, ideoque hanc quaestionem in praesenti fusius deducere, induxi animum.

VII

(g) *I. 9. D. de probat.* MOLLER. *Comment. ad Conf. XXXII. P. II. n. 33. seqq.* (h) *I. vlt. C. de bived. et act. vend.* CARPZOV. *ad dict. Conf. d. XX. n. 5. seqq.* (i) *I. 32. C. de loc.* (k) IMMAN. SVTORIVS *de Retractu*, C. XII. Tb. 263. (l) *c. 8. X. in integr. rest.* (m) *Conf. El. XXXII. P. II. Land Recht l. i. art. LII. gloss.* (n) HEINECCIVS *in Institut. lib. III. tit. XXIV. §. CMVIII. in nota.* (o) *Conf. sentit Illustris A LEYSER Spec. CXCIV. Med. V.*

VII

Est autem locatio conductio ex numero eorum contractuum, qui consensu perficiuntur, et in usu rei, vel opera certa mercede praestandis versatur ^(p). Vnde Ouidius ^(q):

Omnia conductor soluit: mercede soluta,
Non manet officio debitor ille tuo.

Iam vero usus iste, qui a locatore conceditur, nec dominium mutat ^(r), nec possessionem ^(s). Vnde locationem non esse alienationem ^(t), facile appetat. Ius autem προτιμήσεως et retractus nonnisi in alienatione locum habere, iam diximus. Ex quo necessario fluit, illud a locatione conductione, quae talis non est, dum nec res ex familia in alteram transit, plane exulare. Accedit, ius προτιμήσεως et retractus ius esse quoddam singulare, priuam legem: quae enim veteres priua dixerunt, nos singula dicimus, inquit GELLIVS ^(u). Iuris vero singularis ea natura est, ut strictissimae sit interpretationis ^(v), et ad exemplum trahi non possit. Cum igitur de iure προτιμήσεως ac retractus in locatione conductione nihil in legibus dispositum reperiamus, non male hic applicari potest illud Baldi: Quod lege non cauetur, nec in practica habetur ^(w). De Saxonia Electora-

B 3

li

(p) *I. i. §. vlt. D. et §. vlt. I. Mandati.* (q) *AMOR. I. i. Eleg. X.*
 (r) *I. 80. §. 3. D. de contrab. emt. I. 39. D. loc. cond.* (s) *I. 60.*
§. 1. D. loc. cond. I. 9. D. de R. V. WERNHER P. I. Obs.
LXXXVII. (t) *I. 63. D. de contrab. emt.* (v) *I. X. cap.*
XX. (x) *I. 14. 15. et 16. D. de LL.* (y) *CAPZOV. Jurispr.*
for. P. II. C XXXI. D. VIII.

li eo minor dubitatio oriri potest, cum ius περιμήσεως et retractus hereditariis in bonis ibidem prorsus abrogatum^(z), et solis liberis in venditione fundi auiti, agnatis et simultanei inuestitis autem in feudis, vsque dum eadem sub hasta venierint^(a), relictum sit. Bonis igitur sub hasta venditis, vel etiam, si simultanei inuestiti per pactum, aut litteras reuersales dispositionem inter viuos et mortis caussa possessoribus feudi concederint, aut reliquerint, sibique modo certam pecuniae summam, Lehnstamm, referuaerint, postea iure περιμήσεως, vel reluendi uti non possunt^(b).

VIII

Praeterea in locatione sine dubio personarum ratio habetur, idque cum in hac comparativa propositione citra iniuriam non facile ad liquidum deduci possit, consanguineus, aut quiuis alius, cui alias, si fundus alienaretur, competet ius retractus, conductor, non debet obtrudi, quamquam easdem conditiones offerat, et cautionem de mercede accurate soluenda praestet. Hic certe valet, quod **V.L.** **PIANVS** ait^(c) interesse nostra, scire nationem, si seruum emimus. Multo igitur magis indolem et ingenium intueri debemus hominum, quibuscum contrahimus. Parum-

ne

(z) *Resol. Grau. 1661. Conf. Elect. XXXI. P. II. et CARPOV. P. II. C. XLIV. D. IV.* (a) *O. P. S. R. ad rit. XL. §. 3. in fine.* (b) *Vid. Diff. Illustr. GEBÄVERI de iure reluendi per generalem consensum simultanei inuestiti in alienationem feudi extirpo, ibique §. 20. authent. interpr. Conf. XLV. P. II. Potentiss. Regis nostri.* (c) *I. 31. §. 21. D. de Aedil. Edict.*

ne tu putas referre, cum homine inquieto, et malo in contubernio esse; an cum alio, cuius mores sunt temperatores? Ego vero inter felicitatis humanae partes ponendum esse puto, placabiles ac mites habere conductores, non dannos, non rixosos.

IX

Solent quidem, qui a nobis dissentunt, prouocare ad similitudinem, quae est inter emtionem venditionem, et locationem conductionem, quam proximam esse emtioni venditioni, iisdemque iuris regulis consistere, ipse IVSTINIANVS ^(d) docet. Quin etiam locationem dicunt esse alienationem, siue potius venditionem usus, vel fructuum ^(e), eamque opinionem mirifice locus SENECAE adiuvare videtur, qui lib. VII. de benef. c. V. vbi de dono in sapientem collato agit: Nec mirum est, inquit, aliquid ei, cuius totum est, posse donari. Conduxi domum a te. In hac aliquid tuum, aliquid meum. Res tua est, usus rei tuae meus est. Capite autem sequenti ita pergit: In omnibus ipsis, quae modo retuli, uterque eiusdem rei dominus est. Quomodo? quia alter rei dominus est, alter usus. Haec ille. Quidni igitur locationem ius in re transferre, et genus esse alienationis, existimemus? Huc quoque collineare videntur l. ult. C. de reb. alien. non alien. et l. I. in pr. C. de iure emphyt. quae ipsi CARPOVIO ^(f) confessionem extorquent, locationem omnino esse alienationem.

(d) pr. I. de loc. cond. (e) BERLICHIVS Decis. 166. n. 39. P. II. (f) P. II. C. XXXVII. D. II. n. 7.

nem. Idem tradi aiunt in *l. 31. D. locat. cond.* Accedit nouum robur ex constitutione illa notissima FRIDRICI I Imperatoris^(g), vbi ius περιμέτρως tribus casibus locum habere ait, e quibus unus est, si quis alienare voluerit per locationem.

X

Sed facile excipi atque auerti poterunt tela eorum, qui similitudine rei mouentur. Similia enim non sunt nimis extendenda. In emtione dominium transit, non in locatione conductione. Nemo enim potest videri eam rem vendidisse, de cuius dominio id agitur, ne ad emtorem transeat, sed, ut LABEO ait^(h), hoc, aut locatio est, aut aliud genus contractus. Est autem locatio modo concessus percipiendi fructus, quamdui durat contractus, non translatio ipsius rei, seu proprietatis. Quodsi dominium ad conductorem peruenisset, causa non esset, cur cedere successori singulari cogeretur. Deinde perfecta venditione, rei venditae periculum ad emtorem statim pertinet. Vnde sequeretur, si locatio esset venditio fructuum, similiter, perfecto contractu, a conductore ferendum esse periculum fructuum: Est autem illud sine dubio locatoris, si vi tempestatis calamitosae sterilitas contigerit; ut eleganter hanc illustrat VLPIANVS *l. 15. §. 2. D. locati*⁽ⁱ⁾. Quod vero ad locum SENECAE attinet, aliter philosophi loquuntur, aliter

ICti,

(g) *Feud. V. XIII.* (h) *l. 80. §. vlt. D. de contrab. emt.*(i) *Iung. Dissert. Ampl. ev. OTTONIS de præstatione casuum solit. insolit. et insolentiss. ad b. l.*

Icti, quamvis etiam conductor, quoad perceptionem fructuum, improprie dominus vocari possit, verus tamen non est dominus. Recte enim dicimus, eum fundum totum nostrum esse, etiam cum viisfructus alienus est, vt PAVLUS ait in l. 25. D. de V.S.

XI

Nec magis nobis officiunt memoratae leges, quarum duas priores, si cum cura paullo maiori perpenderas, plus elici ex iis, quam in ipsis re vera inest, facile constabit. Namque l. vlt. C. de reb. alien. non alien. aperte de emphyteusi agit, in qua transire dominii particulam, profus nullum est dubium. In lege autem i. pr. C. de iur. emph. ZENO Imperator conductionem ab alienatione nominatim sciungit, dicens, ius emphyteuticarum, neque conductoris, neque alienationis titulo adiiciendum, sed hoc ius tertium a se constitui. Quod autem ad l. 31. D. loc. cond. attinet, fateor equidem, ALFENVM rerum locatarum duo genera distinxisse, alterum, in quo eadem species sit reddenda, alterum, in quo idem genus duntaxat, sed notanter adiicit, vbi idem genus est reddendum, in creditum iri, h. e. degenerare in alium contractum, scilicet, casum hunc incidere in speciem mutui, ex quo dominium transit ^(k). Denique in constitutione FRIDRICI I Imperatoris, ius προτερησεως in locationem transferri non nego. Verum quicquid afferat CVIACIVS ^(l), qui hanc et ceteras consti-

C tutio-

^(k) BYNKERSHOEK l. VIII. Obs. IV. ^(l) de feud. l. IV.
tit. 78.

tutiones feudalibus consuetudinibus adiecit, non persuasit Germanis, vt eis auctoritatis, vel ponderis quicquam tribuerent. Nunquam enim inter leges, quibus utimur, illae relatae et collocatae sunt ^(m).

XII

Manet igitur firma sententia nostra, alienum a locatione esse ius προτιμήσεως ac retractus, adeo, vt ne in ea quidem locatione, quae in longum tempus, vel in perpetuum fit ⁽ⁿ⁾, illud locum habeat. Tempus enim mutationem contractui afferre non potest ^(o), sed manebit potius eadem locationis natura, tametsi quis in mille annos locauerit, vt ait glossa ad l. 88. §. 15. D. de leg. 2. Dissidet quidem a nobis BALDVS et alii ^(p), qui locatione in perpetuum, vel ad longum tempus, i.e. ad decennium transferri vtile quoddam dominium opinantur, prouocantes ad l. 1. §. 3. D. de Superfic. et ad l. 1. §. 1. D. Si ager vectig. in quibus praetor actionem in rem pollicetur iis, qui superficiem in perpetuum, vel in tempus non modicum conduxerunt, vnde ius nasci in re ac dominio affine conductribus in locatione BALDVS coniicit. Patrocinari ei videatur l. 2. C. de loc. p. aed. ciuil. qua perpetuariis fisci colonis potestas vendendi donandi ac reliqua faciendi, quae dominis iure mancipii, vt olim loquebantur, in re sua facere licebat, asseritur. Qua ex caussa etiam IOANN. CORASI

VS

(m) Conf. Illust. a LEYSER Spec. CXCVI. Med. III. (n) l. 2. §. 15. D. de exerc. act. l. 10. C. de loc. (o) l. 8. D. Mandat.

(p) Vid. CARPOV. l. V. Resp. XVII, ibique D. D.

VS TOLOS. ^(q) locationem in perpetuum ab emphyteusi
quae non procul ab alienatione distat ^(r), non effectu, sed
solo nomine putat differre.

XIII

At in conuentionibus semper illud est intuendum, quod
contrahentes agunt, qui certe in omni locatione, si-
ue ad tempus ea inita fuerit, siue in perpetuum, non ideo
hoc faciunt, vt ius quoddam dominii, scilicet ipsius rei, s.
fundi in conduceorem transferant, sed, vt illud locatoris to-
tum maneat, et fructus, vel vsus fundi locati modo con-
ductorci cedant. Regula enim iuris, fructus pendentes fa-
cere partem fundi ^(s), hoc indicat, vendito fundo, vendi-
tos quoque censeri fructus, qui nondum excisi et percep-
ti sunt ^(t). Secus est, si sine fundo fructus vendantur.
Quod autem Praetor in dictis legibus actiones in rem det-
iis, qui non ad modicum tempus conduxerunt, ex hoc i.
psò appetat, iure ciuili id non licere, sed ex aequitate iure
honorario ad euitandas cedendarum actionum molestias
hoc competere ^(u), vnde etiam praetor in dicta l. 1. §. 1.
D. de superfic. solummodo quasi in rem actionem polli-
cetur. In l. 2. *C. de loc. praed. ciu.* singulare datur priui-
legium iis, qui fundos publicos in perpetuum conduxere,
et inde quoque constat, idem non licere in conductioni-

C 2 bus

(q) *de Iure Emphyte.* p. 121. (r) *Nou. VII. C. I.* (s) *I. 44. D.*
de rei vind. (t) *I. fin. §. 6. D.* quae in fraud. cred. *I. 25. D.*
de act. emt. (u) *Conf. FRANZKIVS ad D. tit. loc. cond.*
n. 29. seqq.

bus priuatorum. Namque non sine cauſa alliciebantur coloni, ut cum fisco contraherent, cui ſcimus, multa in iure confeſſa eſſe, quibus conditio eorum, qui cum illo contrahebant, multo grauior reddebarūt, quam ſi cum priuato pacti fuiffent. Ita tacita fisco hypotheca competit in bonis eorum, qui cum eo contraxerunt ^(x), et in contractibus contra eum compensationis exceptio non ſemper locum habet ^(y). Ex iſto tamen priuilegio minime colligi potest, locationem in perpetuum eſſe emphyteufin, quia locatio, quantumcunque etiam temporis ipſi adiicias, titulus non eſt habilis ad transferendum dominium, cum e contrario emphyteuta dominium poffeffionis, non ipſius rei habeat ^(z). Pugnantia loquuntur, qui dicunt, eum, qui in perpetuum conduxit, i. e. qui in perpetuum alieno nomine poffidere coepit, ius in re acquisiuiffe, h. e. in perpetuum ſuo nomine poffidere coepiffe. Neque hic locus eft praefcriptioni, quia conductor cauſam poffeffionis ſibimetipſi mutare non potest per l. 3. §. 19. D. de acq. poſſ. Nec mera de verbis controuersia eft, emphyteufin a locatione in perpetuum magnopere differre. Emphyteuta enim non ſolum fructus percipit ordinarios, verum etiam extraordinarios, velut inuentum in agro emphyteutico theſaurum, qui tamen ad perpetuarium colonum non pertinet. Emphyteuta vindicat fundum etiam a domino ^(a), non conductor, cui ius tantum eft in personam,

cum

(x) l. 28. D. de Iur. fisc. (y) l. i. C. de compens. (z) l. 7. §. vlt. D. de leg. l. 12. C. de fund. patrim. GALVANVS de Vſu fructu, C XXVII. pag. 348. (a) l. i. in f. D. ſi ager. vectig.

cum qua contraxit. Emphyteuta excepta venditione, inscio domino fundum emphyteuticarum alienat, non conductor. Emphyteutae ob sterilitatem canon non minuetur: omne enim particulare damnum eum grauat, et ad integri canonis praestationem deuinctus manet ^(b), minuetur contra conductori ^(c). Emphyteuta tandem canone intra triennium ciuilibus in bonis non soluto, ius suum perdit, conductor post biennium, si non soluit, expellitur, ac denique successori cedit singulari, quod secus est in emphyteuta.

XIV.

Illud praeterea de iure Saxonico monendum est, nec in praediis vulgo dictis *Lafß Gütber*, transire dominium, Sunt ea praedia eiusmodi, quae ex contractu locationis conductionis in incerum tempus, fructuum percipiendorum gratia, possessori pro certa pensione, *Lafß-Zins*, conceduntur, ita, vt quandocunque libuerit, a domino reuocari possint ^(d). Quanquam enim, si quis ab altero fundum repeatat, reus autem, se atque antecessores suos vltra triginta annos, annum et diem pro vniiformi pensione fundum possedisse praetendant, in dubio reus exceptione tutus sit, ac pro eo pronuncietur iuxta *Conf. Elect. XL. P. II.* neque tamen inde efficitur, vt locatio haec sit alienatio, et iuri περιμήσως aditum faciat. Namque si actor locationis

C 3

titu-

(b) *I. i. C. de iur. emphyt.* (c) *I. 15. §. 4. D. locat. cond.* (d)Vid. Diff. Dn. FRAESIDIS de Praediis, quae vulgo *Lafß-Gütber* appellantur, §. VI. et VIII.

titulum probauerit, dilabitur ius omne excipientis, ac fundus locatori restituendus erit. Facile autem ab omni in commodo declinabit talis locator, si pensionem saepius mutandam curauerit, quod in agris Ecclesiae senis annis fieri iubet *Ordin. Eccles. Sax.* (e) Ceterum hanc locationem in longum tempus forsitan intellexit FRIDRICVS I in constitutione, cuius supra mentionem fecimus, dum ibi ait, per locationem alienari. Nam ex reliquis feudorum consuetudinibus apparet, locationem non esse habitam pro alienatione (f). Omittam id, quod etiam HVBERO (g) mirum videtur, consentaneum non esse, ius προτιμήσεως in locatione concedere FRIDRICVM, qui abesse illud voluerit a permutatione, quae multo propius accedit ad venditionem.

XV

Hisce igitur consideratis, deueniamus iam ad eos, quibus in venditione retractus ius datur, quos quidem simile ius in locatione conductione praetendere non posse, in aprico est. In venditione autem, quibus ius προτιμήσεως ac retractus competit, hi fere sunt: domini directi, agnati, ac simultanei in feudo, propinqui, socii, vicini, creditores, et iure Saxonico debitores. Procul dubio vtuntur iure προτιμήσεως in venditione emphyteuseb̄ domini

(e) art. gen. 29. et *Synodal. Decret. de anno 1624. ac Reuif. Syn. Decr. gen. de anno 1673. in Cod. Aug. T. I. p. 796. et 837.*

(f) §. *Donare, rit. 9. Feud. II.* (g) *P. II. Praelect. Cap. de Iur. Retract. §. 22.*

domini directi intra duos menses ab eo tempore, quo iis denuntiata est^(h). Sed, si locatur emphyteusis, extraneus conductor, domino emphyteufeos, cedere non tenetur. Emphyteuta enim est dominus vtilis. Itaque pro lubitu locabit. Merito igitur venditioni ius istud inhaeret, quod confirmat *I. 3. C. de iur. emphyt.* vbi mentio sit pretii, quod solius venditionis proprium est⁽ⁱ⁾, et conditio-nes, quas lex praescripsit, seruandae sunt.

XVI.

Neque magis praeferri se cupiet dominus directus in locatione feudi extraneo, quamvis ius περιμήσεως alias in eiusdem venditione ei competitat^(k), adeo, ut etiam statutum, vel priuilegium, quod vasallo sine domini directi consensu feudum alienare permittit, faluo tamen iure περιμήσεως eidem competente intelligatur^(l). Antiquitus enim datum fuit vasallis, vt libere locent^(m), nisi locatio sit fraudulenta, quae alienationem inuoluit, qualis est libellariae concessionis feudi pro vilissima duorum denariorum pensione perpetuo factae, seu uno nummo, quae in iure pro nulla habetur⁽ⁿ⁾, scilicet, si numerus interuenerit ad simulandam locationem, et nulla adsit proportio nummi ad usum rei^(o). Tunc tamen opus non est iure περιμήσεως quia

(h) *I. fin. C. de Iur. Emphyt.* (i) *I. 1. D. de contrab. emt. Iung. GUIL. FORNER. Selectr. I. II. C. XXX. in Thes. Otton. T. II. p. 80. seqq.* (k) *2. F. 9. J. porro.* (l) *WERNHER. P. X. O. CCIX.* (m) *2. F. 9. §. 1. STRUVIVS Syntagm. Iur. Feud. C. XII. J. VII.* (n) *I. 46. D. loc.* (o) *AVERIN. Interpret. Iur. lib. I. C. XXIX,*

quia ob feloniam ad dominum reddit feudum ^(p). Simulatio-
tione enim detecta totus corruit actus.

XVII

Proprietatis dominum, si fructuarius fundum locat, licet
eandem mercedem offerat, extraneo potiorem non es-
se, facile exinde colligitur, quod fructuario sine villa restri-
ctione suo arbitrio conductoris eligendi potestas per leges
est tributa ^(q). Neque SCHILTERI ^(r) obest obiectio, qui
vocab, inuitus, in dicta l. 67. de eo explicat, qui prohibi-
tur contradicere venditioni, vel locationi. Sine dubio e-
nim is, qui cupit, ut alter potius secum, quam cum alio
contrahat, eo ipso prohibet et contradicit emptioni, vel loca-
tioni cum alio facienda. Nec a venditione ad locationem
in praesenti materia argumentum duci posse, supra ostendit.
Quam ob rem frustra quidem dissentiret SCHILTE-
RVS, vt probe animaduertit BERGER. ^(s) nisi firmius ad-
huc afferret argumentum, legem scilicet antiquam Germano-
rum, quae in Kaiserl. und Roeniglich. Landrecht, fol. 64.
Edit. Meichs. et in glossa Weichbildi, art. 31. 9. 10. Sie soll
es den Erben zu loesen geben, wegert dass der Erbe, sie
thu es aus um Zins, wollen es aber die Erben um solchen
Zins annehmen, als man es anderswo bestehen wolt, die
Erben seind es neher zu behalten um solchen Zins, denn
andre

(p) Vid. Diff. inaug. GEORG. AD. SCHUBERTI de Iure locan-
di Vasall. (q) l. 12. §. 2. l. 67. D. de Vusufructu. BERGER. in
Oecon. de loc. cond. n. 2. CARPZOV. P. II. C. XLII. D. III.
(r) Exercit. ad D. XVII. XXXIV. (s) loc. cit.

andre Leuthe etc. sed hic adest exceptio a regula, quae attendenda tum demum, cum ius retractus lege, vel consuetudine diuturna locorum proprietario sit ratum (a).

XVIII

Pariter quoque dominis iurisdictionis, qui ne in emtione quidem προτιμησον habent (u), neganda est praelatio in conductione, si excipias ius προτιμησεως, quod in operis rusticorum eorumque liberorum conducendis (x) exercent. Illud quidem a CARPZOVIO (y) et BERGERO (z) ita restringitur, ut eo demum casu locum habeat, si nihil rusticorum interest, operas suas domino, an extraneo locent. Hoc autem eo valet, ut subditorum liberi, non priuigni (a), dominis iurisdictionis p[re]a extraneis operas suas pro mercede definira per biennium offerant (b). Praeterea sacerdotibus quoque illud ius concessum est in *Ordin. Eccles. art. gen. 27.* verbis: Dass die Bauern fremde Aecker um Geld zu beschicken nicht eher annehmen, es sind denn zuvor des Pfarrers und Schreibers Aecker um ein gebührlich und gleichmässig Lohn beschicket (c). Differt autem hoc ius ab operis necessariis agrestium, Germanice Frohdienste, Dienst-Zwang. Nam qui ius προτιμησεως habet,

D non

(t) VOET. ad tit. Dig. locat. conduct. §. 13. (u) BARTH.

HODEG forens. p. 430. (x) Ord. Polit. de Ao. 1661. tit.

XXIII. C.III. (y) lib. I. Resp. LIX. (z) Oecon. tit. loc.

cat. cond. XXV. n. 2. (a) BERGER. Elect. D. F. Suppl. II.

p. 203. (b) MENCKEN. Synops. Pand. tit. loc. cond. §. IV.

(c) Conf. Synod. Decret. de Ao. 1674. §. 69.

non statim etiam habet ius cogendi^(d). Necessariae operae ab inquisis exiguntur, et quando lubet dominis, ac pro iis secundum consuetudinem locorum, aut nihil soluitur, aut merces exigua, quam pacta ac statuta definiuerunt^(e). Sed secus se res habet in iure illo προτιμήσεως operarum. Huic enim locus tum demum est, cum rustici in animo habent, operas suas aliis locare.

XIX

Multo minus vero agnati et simultanee inuestiti, si vasallus feudum locat, προτιμήσεως et retractus ius, quod in feudi alienatione illis competit, exercere possunt. Leges enim, quae ipsis hunc retractum largiuntur, de venditione loquuntur^(f). Singularem casum ab HORNIO^(g) relatum legimus, cum Titius vasallus mentis alienationem pateretur, bonaque eius locanda essent, sororem Titii cum Caio ac Seio, simultanee inuestitis, de conductionis praerogatiua valde certasse, dum ab his ad ius προτιμήσεως ac retractus ipsis alias in alienatione ex simultanea inuestitura competens, a sorore autem ad propinquitatis iura prouocaretur, Scabinos Vitembergenses super hac quaestione consultos, plus offerentibus ex ratione, quod nec sorori, nec Caio et Seio ius praelationis competit, bona locanda censuisse, partim quod simultanea inuestitura ipsis, neque posse-

(d) BERG. Decis. XIV. (e) arg. I. 18. l. 20. D. de oper. libert.

(f) 2. F. 26. f. Tit. 2. F. 3. §. Sed etiam Constat. Elecz.

XLVIII. P. II. STRVV. Synt. Iur. Feud. C. XIII. apb. 21.
n. 1. (g) Iurisprud. Feud. C. XX. 10.

possessionem feudi, neque facultatem, de eo, viuente vasallo statuendi tribueret, partim etiam, quod locatio feudi substantiam non afficeret, ac nemo vñquam ius $\pi\gamma\sigma\tau\mu\eta\sigma\omega\varsigma$ simultanee inuestitis in locatione asseruisset. Si tamen praerogativa concedenda fuisset, potius sorori eam competuisse dicendum esse arbitramur, quod locatio solummodo fructus feudi afficit, qui post fratris mortem ad ipsam pertinebant, quemadmodum et alias vasallo absente, cura feudi non proximo agnato, sed heredi allodiali merito committi solet ^(h). Si quis tamen, feudum locans extraneo, simul oppignoret, nihil ambigo, tunc iure $\pi\gamma\sigma\tau\mu\eta\sigma\omega\varsigma$ vti posse agnatum ac simultanee inuestitum. Respectu domini directi enim dubitationem omnem eximit *Decisio Elect. XXXI.* Firmissimum illud affertur argumentum, quod ius pignoris feudo adhaerescens cum iure distrahendi coniunctum sit, et pignoratio ⁽ⁱ⁾ vocabulo alienationis contineatur. Qua ex caussa factum esse ait BERGER. ^(k) vt haec sententia Saxonico in foro inualearet, in eamque ordo ICtorum Vitembergensium amplissimus pronunciaret.

XX

Neque maior vis erit consanguinitatis, cui demum in venditione fundi auti nascitur ius $\pi\gamma\sigma\tau\mu\eta\sigma\omega\varsigma$ et retractus. **BERLICHIVS** ^(l) quidem hanc relinquit senten-

D 2 tiām,

(h) Generosiss. A LEYSER *Medit. ad Pand. Spec. XCVII. de herede absentis curatore, Med. VII.* (i) *I. vle. C. de reb. alien. non alien.* (k) *Suppl. I. D. F. 409.* (l) *P. II. Concl. XXXIX. LXX et LXXXI.*

tiam, et in alia omnia discedit, opinionis suae hanc affe-
rens caussam, cum in venditione, quae sit sub lege, rem
intra certum tempus redimendi, consanguineo, donec il-
lud venerit, iure retractus vtendi, et habendi illam commo-
ditatem, quam emtor consequitur, facultas detur, idem
quoque ei licere oportere in locatione, ad cuius similitu-
dinem venditio cum pacto hocce redimendi intra certum
tempus proxime accedere videatur.

XXI

Sed tantum abest, ut ex eiusmodi venditione et cadente
in illam iure περιμήσεως simile ius in locatione compete-
re statuamus, ut potius tam ex ipsa horum contractuum
comparatione et discordi eorum natura de contraria sen-
tentia firmiter simus persuasi. Quamuis enim extra o-
mnem dubitationem positum non sit, an retractus ius eo
in casu, si fundus venditur adiecta redimendi intra cer-
tum tempus facultate, statim competit, cum venditio-
nem istam conditionem non male dixeris, ac lex ipsa pa-
ctum istiusmodi de retrouendendo et redhibitionis con-
ventionem conditionem vocet ^(m), ut adeo ius retractus
quidem ex tali venditione nascatur, sed tempus, quo cum
effectu exerceri possit, pendere ex incerta redemtionis
executione videatur. At tamen per venditionem saepius
dictam vera sit alienatio, haut secus ac per illam antiquam
fiduciam Romanorum ⁽ⁿ⁾, ita ut non possessio solum, ve-
rum

(m) *I. 2. C. de pact. inter emt. et vend.* (n) *IACOB. GOTHO-*
FR. in Cod. Theod. Tom. I. p. 254.

rum etiam dominium transeat^(o), vi cuius emtor periculum fert rei^(p), licet ad tempus ei venditae, immo transferre eam valide in alium potest, et ob id tantum ad interestē^(q) tenetur, quae etiam caussā est, quare cautelae loco suadere venditori Pragmatici solent, ut sibi dominium reseruet. Vnde non erit vitio vertendum consanguineo, si iure προτιμήσεως vtitur, et ipse potius fundum auitum, quamquam ad tempus comparat, quam eum in alienas manus deuenire patiatur. Verum cum in locatione, per quam nulla alienatio fit, nihil tale timendum sit, nec committendum erit, vt consanguinei ius sibi arrogant προτιμήσεως in conductione.

XXII

Venio nunc ad socios, qui an arcendi a retractu ac iure προτιμήσεως in locatione sint, minus in promtu videtur. Asseuerat illud STRYKIVS^(r) societatem enim ius quodammodo fraternitatis continere, fratres autem et consanguineos extraneis ex aequitate naturali praeferri^(s), deinde leges non committere, vt alicui inuito alias obtrudatur socius, et ita altercationibus et dissidiis locus detur^(t), indeque socium potiorem in retractu esse illo, qui gaudet iure vicinitatis^(u), quin etiam fiscum in re communī socio

D 3 cogi

(o) *I.7. C. de Pact. int. emt. et vend.* (p) *I.8. de per. et commod. rei vend.* CARPZOV. P. II. C. I. et XVII. It. lib. IV. Resp. XXVII. (q) GAILIVS lib. II. Obs. XVI. (r) *Vsi Modern. tir. locar. §. LXXVI.* (s) *I.16. D. de reb. auct. iud. poss.* CARPZOV. P. I. Dec. LIV. n. 10. (t) *I.65. §. II. D. pro socio.* (u) *SVTOR. de retractu lib. 124.*

cogi offerre partem suam ^(x), et denique opinionem communiter receptam esse a DD. quod si domus communis locanda, socium volentem habitare, extraneo, si idem offerat, praferendum esse, praesertim cum haec sententia aequitati sit consentanea, et quod nobis non noceat, alteri proficit, id ei concedamus per l. 2. §. 5. D. de aq. et aq. plu. arcend. et iudicem in iudicando, si communis sententia naturae aequitate, hancce praferre debere iuri stricto ^(y). Addunt huic opinioni nouum argumentum ^(z) qui socium simul esse dominum monent rei locandae, qui sine dubio, quum ipse re sua vti velit, extraneo conductori praferendus sit.

XXIII.

Verum enim vero id ipsum, quod de aequali sociorum iure affertur, maximum est contrariae sententiae monumentum. Namque cum sociorum, si fundum pro indumento possident, tam sit arcta coniunctio, ut in re, vel fundo communis nulla sit gleba, cuius non dimidiatum penes unumquemque sociorum sit dominium ^(a), sit, ut unus socius postulare quid in tali fundo non possit, quin etiam alter socius idem exigere queat. Vnde etiam a LIVIO ^(b) societas haut immerito aequatio iuris vocatur. Aliter enim inuitio socio aliquid faceret socius, quod leges non permittunt ^(c). Iam, si ius praelationis in locatione soci-

us

(x) BERLICH. P. II. C. XXXIX. n. XI. (y) l. 8. C. de iudic.

(z) ANDR. WEGEN de locat. conduct. Cap. III. 137. (a) l. 25. §. 1. D. de V. S. (b) lib. IIX. Cap. III. (c) l. 28. D. Comm. Diuid.

ius flagitat, cogere socium conatur, ut cum ipso potius, quam cum extraneo contrahat, et ita eripit alteri aequale ius, quod ei est in re communi. In re autem pari h. e. in ea, in qua par vtriusque ius est, potior est cauffa prohibentis. Vnde satis, opinor, constat, in re communi locanda socium efficere non posse, ut alii conductori anteponatur. At enim inquiet fortasse aliquis, retorqueri in te tua tela possunt. Dum enim res alteri locatur, socius locans in ius intuadit eius, qui praeferri se cupit, et eo etiam intuito locat. Sed notandum est, illum qui ius *proprietatis* petit in locatione, ei tantum locationi, quae sibi non sit, contradicere, et dum sibi locari petit, tacite consentire, ut locetur. A quo conatu cum depulsus sit, iam cauffa non est, quare intercedat contra locationem alii faciendam, praesertim cum prohibere socius non debeat id, quod necessitas et utilitas rei postulant communis.

XXIV

Sed praesertim me iam accingo ad ea, quae a STRYKIO opposita sunt. Evidem largior, societatem ius quodammodo fraternitatis ^(d) in se habere, et TULLIVM ^(e) amicitiam, societatem, propinquitatem in eundem censem referre, vnde fieri videmus, ut pleraque, quae de fratribus constituta sunt, ad socios in iure trahantur. At iam probauimus, conductione ne fratres quidem et consanguineos praerogatiuam sibi arrogare posse. In l. 16. D. dereb. auct. iud. poss. ratio habetur propinquorum post creditores in publica honorum venditione, quae nullam habet cognitionem cum loca-

(d) l. 63. pr. D. pro socio. (e) Orat. pro Quincio, Cap. VI.

locatione; ideo vero motus aequitate Praetor, vt propinquis ius praे extraneis concederet, vt alienata praedia in eadem familia conseruentur et retineantur. A quo metu cum vacui esse possint propinquai in locatione, nihil etiam adiumenti ipsis feret lex illa ad nouum ius περιμήσως gigendum. Neque huc quadrat, quod praeterea obiicit STRYKIVS, iura vetare, ne cui inuitio alias obtrudatur socius, et ita discordiis ansa detur. Ecquis vñquam dixerit, locationem verum socium efficere eum, qui a socio conduxit? Alia longeque diuersa ratio habetur conductoris, qui colonus partiarius dicitur a GAIO.^(f) Namque res, quae fructus ex se producunt, etiam pro parte fructuum recte locantur, ^(g) vnde LIVIVS ^(h) locare frumento ait, sed tunc hoc negotium magis accedit ad societatem ⁽ⁱ⁾ et conductor societatis iure damnum et lucrum cum domino fundi partitur. Licebit igitur ab initio contradicere, vel agere iudicio communi dipidundo, quia nemo cogitur iniurias manere in societate. Quae vero de sociis vicino potioribus, et de fisco partem suam socio offerente, dicuntur, plane aliena ab hoc loco sunt, et locationi accommodari nequeunt.

XXV

Quodsi pugnandum auctoritatibus esset, nobiscum conspirant PEREZIVS ^(k), RICHTERYS ^(l), CARPOZVI

(f) in l. 25. §. 6. D. locat. et ad eum LAVTERBACHII dissert.
 (g) l. 35. §. 1. D. et l. 21. C. loc. cond. (h) l. XXVII. C. III.
 (i) l. 25. et l. 52. §. 1. D. pro socio. PLINIVS l. IX. ep. XXVII.
 (k) ad C. de pact. inter emt. et vend. n. 27. (l) P. II. Dec.
 LXXVI. num. 184.

ZOVIVS^(m), BERGER.⁽ⁿ⁾ et alii. Eorum autem, qui usurpant PAVLLINVM illud, quod tibi non nocet, et mihi prodest, id a te est permitendum, honesta quidem oratio est, sed magnas habet cautiones. Etenim naturae lege docemur, alterum ab altero cogi tantum ad ea officia posse, quae necessitas exigit: ea vero, quae commoditas et utilitas desiderant, violentiam, ne remedia duriora sint fine, respuere. Legislator tamen eiusmodi officia, in necessaria, et ius imperfectum, in perfectum conuertere potest, concedens remedia coactiva, i. e. actionem, qua petere possumus ea, quae alter inhumane recusat,^(o) vnde enatae sunt actiones noxales, ad exhibendum et aliae. Quodsi nulla data est lege actio, nostra interpretatio ius imperfectum, reddere perfectum, non potest, nisi aequitas illud suggerat, vt PAVLLVS docet^(p). Sed hoc in loco, nec aequitas nobis aliquid suadet, nisi tunc, cum damnum auertere cupimus sine damno alterius, vbi alter sine suo damno aliquid pati tenetur. Dices: PAVLLVM non loqui de eo, quod nobis damnum minitur, sed quod prodesse potest. Videlicer, vox ista prodesse, non tantum sumitur pro mera commoditate, sed simul damnum aliquod significat, quod istam commoditatem nacti evitamus. Ita PLINIVS^(q) hoc verbum accipit, PAVLLVM vero hoc loco ita illud adhibuisse, patet ex adiecto exemplo de ag-

E gere

(m) P.II. C.XXXI. D.VIII. (n) Oecon. Iur. L.III. T.V. §. XII. not. 3. (o) THOMAS. Iurisprud. diuin. I. II. C.VI. (p) L. 2. §. 5. D. de aqua et aqu. pluu. arc. (q) Hist. Natur. lib. XXXIII. C.I. lib. XXXVII. C.X.

gere restituendo ad aquam pluuiam agris cohendam.
 Itaque si solum commodum agitur meum, et alterius damnum, quanquam leuiuscum concurrat, applicari non potest PAVLLINA ista regula. Non oportet enim, ut idem PAVLLVS^(r) hac de re monet, ius ciuale calumnari, neque verba captari, sed qua mente quid dicatur, animaduertere conuenit. Quae cum ita sint, intellectu est facillimum, praeceptum PAVLLI in nostram quaestionem minime cadere. Namque non solum sine suo damno abstinere iure περιμόσεως in locatione socius potest, sed quod caput est, si non abstinet, nocitus est alteri, a quo illud petit. Arctiores enim in fines redigere conatur ius alterius, secum eum contrahere cogens, et obtrudens ipsi conductorem, a quo sperare tantum emolumenti, quantum a delecto non potest: immo saepe plurima ipsi instant eaque grauissima incommoda. Quid enim si tam difficile et illiberale socii ingenium sit, quod non nisi turbas ac rixas cire solet, aliquique negotium faceſſere in deliciis habet? quod saepe numero fit ab iis, quibuscum non tam voluntas, quam fortuna nos congregauit, i. e. in quos casu incidimus, ut PAVLLVS^(s) loquitur.

XXVI

Socium denique domus communis communi fere ICtorum suffragio potiorem conductore extraneo STRYKIVS habet, de cuius asserti veritate valde dubito. Nam ne vendori quidem extraneo, nisi ipse coheres sit, eum præponi

(r) l. 19. D. ad exhib. (s) in l. 25. f. 16. D. famil. ercise.

poni volant CARPZOVIVS^(t) et MENCKEN.^(v) Sed demus, ita sentire multos, sine lege tamen loqui erubescendum est. Nec aequitate hic commouemur, quam adesse tamen statuunt ii, qui ius περιποίησεως in locatione concedunt. Quod enim ab una parte aequum, illud ab altera parte iniquum foret, quum tamen utriusque aequale esse debeat ius in re communi. Et denique non exemplis, sed legibus iudicandum^(x). Minima enim circumstantia variat rem. Nec desunt res iudicatae in contrarium, vti de Amplissimo huius Academiae ICTORUM ordine testatur BERGER^(y).

XXVII

Pariter quoque non audiendum esse existimo socium, quamuis easdem et meliores conditiones offerat, extra neo, cautionemque de mercede accurate soluenda praestet: in sociorum enim voluntate est positum, an huius augmenti commodum acquirere velint, an minus. Sed quid? Si quis duplici iure munitus v. c. socius vna ac propinquus sit, annon vinculi duplicatio efficiet, vt socius extraneo potior sit in conductione? Certe in retractu gentilitio aiunt, cognatum qui simul vicinus est, aequē cognato praferendum, quoniam duo vincula, vt HVBERVS ait^(z) fortius adstringunt, quam vnum. Quin etiam in L. 60 D. de pact. creditores, qui simul cognati sunt, reliquis praeferuntur. Ad ista vero respondeo, duplex vinculum ipsum

E 2

qui-

(t) P. II. C. XXXI. D. XXII. (v) tract. Synopt. Pandect. tit. de emt. vend. p. 248. n. 4. (x) l. 13. C. de sent. et interloc. omn. iud. (y) Oecon. Iur. L. III. T. V. §. XII. n. 3. (z) P. II. Prael. tit. de rescind. Vend. Cap. de Iure Retract. §. 15.

quidem ius, quod antea adest, corroborare, nouum vero non inducere, quale ius esset προτιμήσεως ac retractus in locatione. Quamuis igitur socius socium, ut sibi p[ro]e extraneo locet, cogere nequeat, adigere tamen non nunquam potest extraneum conductorem, ut rem conductam sibi cedat. Fingamus, socios duos fundum ad certum tempus locasse Caio, ac ius προτιμήσεως p[ro]e futuris conductoribus eidem pacto concessisse, an is vi iuris προτιμήσεως ex pacto competentis p[re]ferendus sit socio, conducere cupienti, quaeritur? Repellendum veterem conductorem censet w[illiam] e[thelred] gen^(a), cui ego etiam eatenus assentio, ut pactum tale stricte esse interpretandum ac locum hic esse l. 3. C. de loc. statuam. Ante omnia tamen videndum, an socii concordent in hoc negotio, nec ne? Quodsi enim alter sociorum repugnat, socius conducere volens, desistere a suo proposito debet.

XXVIII

Denique ex constitutione FRIDRICI I^(b) nec non insti-
tutis quorundam locorum datur ius congrui, quod a
nostratisbus das Gespielde Recht appellatur. Viget illud
in primis in Thuringia, et ansam dat quaerendi, annon ad
locationem possit proferri? De constitutione FRIDRICI
iam dixi, ac praetera eadem vicinis obstant rationes, ob
quas abesse a locatione retractum supra iam probare allab-
orauit. Praesertim autem in Thuringia notum est, ius
congrui in venditione tantum exerceri ab iis, quorum p[re]-
dio

(a) *de locat. conduct. Cap. III. 137.* (b) *V. Feud. XIII.*

dio quondam fuit ynita illa pars, quae est vendita, ^(c) vt hic non tam vicinitas, quam vnitas consideretur. Vnde liquet, in locatione, in qua deficit haec ratio, ius congrui locum non habere. Notandum tamen est, propter periculum incendii vsu fori tribui illud vicinitati in aedium conductione, vt vicinus extraneo conductori praferatur, prout RICHTER ^(d) monet. Sed iterum constat, non vicinitatis, sed metuendi incendii rationem haberi, sicut verba sententiae apud RICHTERVM satis declarant: ob zwarn das nachbarrecht vor sich zur naehergeltung nicht gnug samb, dannoch dieweil die angedeutete Feuersbrunst etc.

XXIX

Quemadmodum autem locatio ius in re non tribuit conductori, ita nec ius προτιμότεως, nec retractum. Statuto tamen Mindensi intra tres mensēs teste BERGERO ^(e) extraneo emtori is, qui conductum fundum habuerat, praeferuntur. Sed, quod ad locationem attinet, discrimen Romanæ leges faciunt inter praedia publica et priuatorum. Finito locationis tempore in priuatis praediis, locatoris in arbitrio est, vtrum eundem conductorem retinere, an dimisso priore alteri fundum elocare velit. Ea de re editum exstat ZENONIS ^(f), virgas, exilium et multam intentans contra facientibus. Aliter se res habet in publicorum praediorum conductoribus, quibus, vel perpetuo iure, vel

E 3

ad

(c) CARPOV. P. II. C. XXXI. D. III. (d) Decis. LXXXVI.
num. 71. (e) Oecon. Iur. L. III. T. V. §. XII. n. 5. (f) In
l. 32. C. de loc.

ad tempus ea locata sunt. Qui enim perpetuo iure ea conduxere, quasi domini utiles efficiuntur, et non solum expelli non possunt, sed etiam vendendi ius suum et transferendi^(g) in alios pro habitu potestatem nanciscuntur. Si contra, quibus ad tempus locatum,^(h) si facta 'per alios augmenta suscipiunt, nouis conductoribus preferuntur. Atque is iure civili vnicus asserri videtur casus, quo ius περιμήσεως ex lege in locatione conceditur⁽ⁱ⁾. Caussam huius beneficij perorauit Vir Summe Reuerendus IO. FLOR. RIVINVS, Academiae Lipsiensis Antecessor celeberrimus^(k) statuitque^(l) compensatum hoc ipso alias publicanis impositum onus, quo finito conductionis tempore, scilicet quinquennio, siue lustro,^(m) et postea Constantini temporibus triennio,⁽ⁿ⁾ pro priore pensione conducere cogebantur, quando maximos fructus ex conductione consecuti^(o) essent. Extendunt hoc priuilegium nonnulli ad praefectos nostros^(p) et conductores honorum ciuitatis et curiae^(q). Sed merito in contrarias partes abit Excellentissimus RIVINVS^(r) ius singulare vrgens, et diuersam horum

(g) I. 2. et 5. C. de loc. praed. ciu. (h) I. 4. C. et I. 5. §. fin. D. de loc. praed. ciu. (i) WERNHER. P. X. O. 330. seqq. (k) In Dissert. An et quatenus in locatione fundorum publicorum veteres possessores preferendi sint? (l) §. VII. laud. diff. (m) I. 3. §. 6. de Iur. fisci. (n) I. 4. C. de vectig. BVRMANN. de Vectigal. pop. Rom. C. VIII. et IX. p. 105. et 138. (o) I. II. §. 5. D. de publ. et vectig. WERNHER P. IV. Obs. LXXV. (p) STYK. Vf. Mod. de loc. LXXV. (q) BERGER. Elect. D. F. XL. Obs. V. n. 1. (r) §. XIII. dict. diff.

norum publicorum naturam a bonis ciuitatis, quae priuatorum loco habentur^(s). Sic quoque conductoribus ecclesiasticorum bonorum, quia leges de iis silent^(t), plane non proderit illud priuilegium, quanquam in rubrica *tit.*
C. de loc. praed. ciu. vox occurrat templorum, quoniam illa significat delubra et aedes, profanis imbutas religionebus, quae abdicatis, quibus sacratae fuerant, Diis, in fiscum Christianorum Principum inferebantur^(v). Praeterea huius legis vix esse usum nostris in foris, tum ob alias rationes, tum ob iniquitatem et detrimentum, quod inde res publica capere posset, merito statuitur.

XXX

Tandem creditorum habendam esse rationem prae extaneo emtore bonorum debitoris *I. 16. D. de reb. auct. iud. poss. iubet*, et iure Saxonico debitori olim intra annum, hodie secundum *O. P. S. R.*^(x) intra sex menses datur facultas bona immobilia sub hasta vendita oblato eodem pretio reuocandi, quando, aut unus saltem licitator exstiterit, aut index eodem deficiente creditoribus fundum in solutum deridit. Et denique in foro obtinet, ut cum immisso in bona debitoris creditor effet, illa conductori certa mercede locari soleant, quo aes alienum annua pensione minuatur, donec

(s) *I. 16. D. de V. S.* (t) *WERNHER. P. III. O. C. V.*

(v) *Illustris A LEYSER Spec. CCXV. Med. V.* (x) *ad Tit. XXX. §. XIX. et ad eundem Diff. Consult. CONRADI de iure reliundi bona sub hasta vendita.*

donec vendendi commoditatē creditor nanciscatur. Oritur ergo quaestio, an debitor, cuius bona locanda sunt, extraneo conductori praferendus sit? Ita videtur BRVN NEMANNO^(y) ac sane aequitatis speciem habet, ut dominus in re sua extraneo praferatur. At notum est, immis- sione tribui creditori possessionem, et facultatem fructus percipiendi adiecta lege de reddendis quotannis rationibus^(z). In Ordinat. autem Proc. Sax. Reu.^(a) disertis ver- bis optio conceditur creditori, utrum ipse administrare, an sequestrum magistratus auctoritate constituti velit, ad quod ad euitandas administrationis difficultates et ob reddendas rationes consultius^(b). Iam vero, cui administrandi facul- tas datur, ei locandi etiam potestatem dari manifestum est. Qui enim locat, sine dubio in effectu per alium administrat. Quodsi vero penes debitorem est, ut conductori credito- ris se praferat, turbabit ius liberae administrationis, quod ex immiffione creditori competit. Ceterum quae obiici idcirco ab aduersariis solent, ea facillimo nego- tio ex superioribus refelli possunt, immo a CARPO- VIO^(c) accurate satis sunt explosa.

(y) ad l.32. C. de loc. (z) Ord. Proc. Sax. tit. XXXIX. §. IX.

(a) ad eund. tit. §. IV. (b) Vid. B. RIVINI Enunc. ad Tit. XXXIX. O. P. S. En. XXIII. (c) lib. I. Resp. XIX.




Wittenberg, Diss., 1744-45

ULB Halle
005 310 547

3





RETRACTVM LEGALEM
IN
LOCATIONE LOCVM 1744
15/77
NON HABERE

PRAESIDE

ANDREA FLORENTE RIVINO D

POTENTISSIMO POLONIARVM REGI ET PRIN
CIPRI ELECTORI SAXONI A CONSILIIIS AVLAE
INSTITVTIONVM PROFESSORE PVBLICO CVRIA
PROVINCIALIS ET SCABINATVS ASSESSORE ITEMQVE
ORDINIS IVRIDICI VITEMBERGENSIS

H. T. DECANO

PRO GRADV DOCTORIS

CAPESSENDO

D. APRIL. CIO IO CC XLIV

PVBLINE DISSERET

AVCTOR

MAGNVS GOTHOFREDVS LICHTWER

WVRGENENSIS

VITEMBERGAE

FRELO EPHRAIM GOTTLÖB EICHSFELDI

ACADEMIAE A TYPIS

